

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio ad
cum fonte primo

Nunquam improbe spei
quod datur satis est.
Omnia meruisse se existimat,
nec satis precio estimatum putat.
Maiores enim cupimus quo maiores
uenerint multoque concitatio est
ambicio siue cupiditas
in magnarum opum congestu collocata
ut fame infinito uis acrior est
quo ex maiore incendio emicuit.

Seneca libro de beneficiis.

Non patitur auiditas quemquam
esse gratum;
numquam enim improbae spei,
quod datur, satis est,

←

et maiores cupimus, quo maiores
uenerunt, multoque concitatio est
auaritia
in magnarum opum congestu collocata,
ut flammae infinito acrior uis est,
quo ex maiore incendio emicuit.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
2.27.3 (F. Préchac ed., vol.1, p.51).

Nemo non benignus est sui iudex;
inde est, ut
→ omnia meruisse se existimet
et in solutum accipiat
nec satis suo pro pretio se aestimatum putet.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
2.26.2 (F. Préchac ed., vol.1, p.50).